



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

XXIII. Indiculus quem praepositus transmittit ad Abatem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

nos configium fecit, & dixit quod contra vos culpas habeat commissas. Propterea has litteras cum salutatione ad vos direximus, & precamur vobis, ut vitam & immanciationem, & disciplinam corporalem ei concedere iubatis, aliam pœnitentiam qualem ei volueritis iudicare in vestra est potestate. Qualiter ipse homo secum gaudeat, quod nostram suggestionem ad vos deportasset, & vnde nobis reconiungitis vobis remerire cupimus. Quid plura.

XXIII. INDICVLVS QVEM  
præpositus transmittit ad  
Abatem.

**D**iligendo ad nos domno, & in Christo patri nostro venerabili illi Abati, Ego ille seruiens atq; præpositus vester. In primis, illud precamur sanctitatem vestram, ut

in vestra sancta oratione pro me es-  
senon dedignemini. Deniq; dom-  
ne cognoscatis, de isto seruitio ubi  
nos transmisistis, per verbum inlu-  
stris viri illius Comitis, sui iuniores  
non exinde fecerunt quomodo eis  
fuit demandatum. Propterea has  
litteras ad vos direximus, ut de ipso  
certiores sitis, & in anteà quomodo  
vobis est utile sic compensetis, ut  
nostram rem non perdamus. Quid  
plura? salutamus vos usque ad gau-  
dium.

XXIV. INDICULVS QVEM  
*Aba transmittit ad hominem*  
*pagensem.*

**D**Ulcissimo nostro, & ut credi-  
mus amico sancti illius in Dei  
nomine illi, ille etsi peccator Aba:  
nos & nostri, seruientes vestri, in  
Domino vobis dirigimus salutes,  
& illud precamur Deum ut merea-